SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Seite 211r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



. III .

suis temporibus humectare et animalibus spiramentum tribuere. Nunquam mare desinit aquas in venas terre transmittere fontes et flumina generare et eadem in superiora attrahere. Nunquam terra desinit fructus producere et pabulum animalibus ministrare. Nunquid cor animalis cessat a motu ad modicum cum primum unte et motus sit a hys collatum. Et sic de mercatoribus ceteris invenire. Nam et dicit de leone quod postquam predam invenerit a querendo non cessat dicit quod quod invenire contingat. Sed multi sunt hodie similes milno de quo B. dixi me recolo qui valde ferventer predari incipit in medio tempestate et infine penitus desiat et se fame mori permittit. Quidam alii sunt similes leopardo qui opa vitiosa aggredituntur inutiliter Quia si mox non acquirunt quod petiit statim desinunt agere quod cepeerunt Nam et leopardus ad bestiam ex cathena dimissus strenuiter ea aggreditur Quia in tribus autem tempestatibus quod intendit non assequitur. Si falco est si mox de auce quam impetit non triumphat designans iux illa die redit ad manum Sed aeraquagus incedit quia multi si instantiam penitentie non statim assequuntur quod cepiunt vel aliquod delictum incurrunt ad deum redire contempnunt Quia desperantes omnia pro se tradunt Sed utinam tales attenderent quod crisostinus dicit et experientia nobis ondit Non est inquit periculosum nec insolitum in bello aliquem tradere Sed est valde malum magnumque periculum post casum nolle resurgere nec est aut magnum bellantem vulnerari Quia valde est malum nolle vulnera medicamentum adhibere. Et ponit ad hoc naute exemplum qui postquam in mari naufragium passus est et omnia bona sua amisit non tamen quiescit Quia iterum se mari committit quousque invenit omnem quod perdidit ÷